56

tua in beneficiẽtiã. vt adiumẽta hominũ confe
ras atq; opem feras necessitatibꝰ. aut pecunia
aut officio. aut etiã quocũq; munẽ. quod late
patet in vestro ministerio. pecunia vt subuení
as. debito obligatũ liberes. officio vt seruanda
suscipias q̃ metuit amittẽ q̃ deponẽda credidit

De eo qd̕ est cum officio. ⁊ qd̕ est contra officiũ.

Capitu. 63.

Officiũ est igitur depo
situm seruaẽ ac reddẽ. Sed interdum cõ
mutatio fit aut tp̃e aut necessitate. vt
non sit officiũ reddere. quod accepis. vt si quis
contra patriã opẽ barbaris ferens. pecuniam
aptus hostis reposcat. aut si tunc reddas cum
assit qui extorqueat. Si furenti restituas cũ ser
uare non queat. si insaniẽti gladium depositũ
non neges quo se ille interimat. nõne soluisse
contra officiũ est. Si furto quesita sciens susci
piat vt fraudetur qui amiserat. Nonne contr̃
officiũ ẽ. Est etiã contra officiũ nõnũq̃ ꝓmissum sol
uere. sacramẽtum custodiẽ. vt herodes qui iu
rauit qm̃ quicquid petitus esset daret filie hero
diadis. ⁊ necem Johis prestitit. ne promissum
negaret. Nã de iepte quid dicã q̃ immolauit fi
liam suã. que sibi victori prima occurrerat. quo
votũ impleret qd̕ sposponderat vt quicq̃d sibi
primũ occurrisset offerret deo. Meliꝰ fuerat ni
chil tale ꝓmittẽ. q̃ ꝓmissum soluẽ parricidio.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-465/0111
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG